

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia b
cum fonte primo

Prudencia est amor eorum quibus
adiuuatur ab eis quibus impeditur,
sagaciter eligens.

Augustinus libro de moribus ecclesie.

Itaque illas quatuor uirtutes, quarum
utinam ita sit in mentibus uis ut nomina
in ore sunt omnium, sic etiam definire
non dubitem, ut temperantia sit amor
integrum se praebens ei quod amatur;
fortitudo amor facile tolerans omnia
propter quod amatur, iustitia amor soli
amato seruiens et propterea recte
dominans,
prudencia amor ea quibus
adiuuatur ab eis quibus impeditur
sagaciter seligens.

Augustinus Hipponensis, *De moribus
ecclesiae catholicae et de moribus
Manichaeorum*, 1, 15 (J. Bauer ed.,
CSEL 90, pp.29-30, ll.5-11).